



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 561 Usque Ad Annum 633

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1759**

**VD18 90117832**

§.18. S. Joannis Eleemosynarii obitus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66072](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66072)

## §. XVIII.

Sæculum VII  
A. C. 617.*S. Joannis Eleemosynarii obitus.*

Sub illud ferme tempus Joannes Moschus & Sophronius, cum ob metum Persarum Alexandria fugissent, Romam venerunt. Ipse S. Joannes Eleemosynarius videns Civitatem Persis proxime tradendam, exiit, in Cyprum Patriam suam se recepturus. Nicetas Patricius ejus amicus occasionem nactus S. Virum rogavit, ut usque Constantinopolim iret Imperatoribus, id est, Heraclio & Filio ejus benedicturus. Consensit S. Patriarcha, sed cum Rhodum pervenisset, Eunuchus (\*) ei spectabilis factus est, insolito lumine coruscans, & Sceptrum aureum manu tenens, qui dixit ad eum: *Veni, Rex Regum vocat te.* Tum ipse ad Nicetam Patricium: *Tu me invitas, ut ad Imperatorem terræ eam, sed Imperator Cæli antevertit consilium tuum.* Mox ei Visum narravit, ipsoque relicto in Cyprum navigavit, & Amathuntem, ubi lucem primo aspexerat, pervenit. Ibi Testamentum suum dictavit in hæc verba: *Mi Deus! Gratias tibi ago, quod orationem meam exaudiveris, & nihil possideam, quam Solidi partem tertiam, licet tempore Ordinationis meæ Alexandria*

*Prol. pr.  
Spir.**Leont. c. 14.  
n. 89. ap.  
Boll. tom. 2.  
p. 515.*

(\*) Nempe illo habitu, quo Ministri, Regi a Cubiculis, esse solebant.



Sæculum VII *dracæ in Domo Episcopali ferme quatuor  
A. C. 617. millia librarum auri acceperim, ut Sum-  
mas pecuniæ innumeras, quas mihi Jesu  
Christi amici dederunt, silentio præteream.  
Itaque volo, ut istud modicum, quod mi-  
hi superest, Servis tuis tribuatur.*

*Mart. Rom.* Paulo post defunctus, sepultus est in  
16. *Jan.* Oratorio S. Tychonis, ejusdem Civita-  
tis Amathuntinæ tempore Theodosii ju-  
nioris Episcopi, cujus Memoriam Eccle-  
sia 16. Junii colit. Depositum est S. Joan-  
nis Eleemosynarii Corpus in medio Cor-  
porum duorum aliorum Episcoporum,  
quæ, ut locum darent, utrinque se spon-  
te inspectantibus omnibus removerunt,

*Proem.* atque ejus Sepulchrum multis prodigiis  
claruit. Statim vitam ipsius scripsit Leon-  
tius Episcopus Neapolitanus, in eadem  
Insula Cypro existens, qui eam præci-  
pue a Menna Ecclesiæ Alexandrinæ ceco-  
nomo didicerat. Ejusdem vitam etiam  
Joannes Moschus & Sophronius scripse-  
rant, quæ ad nostra tempora non perve-  
nit. S. Joannes Eleemosynarius vitam

*Boll. p. 495.* clausit in Festo S. Mennæ 11. Nov. sed  
*Martyr. R.* Ecclesia ejus Memoriam illa die, qua  
23. *Jan.* translatus est, 23. Jan. celebrat. Is Se-  
dem Alexandrinam annis decem tenuit,  
& Georgium habuit Successorem.  
Verum ex illo tempore Historia Ecclesiæ  
Alexandrinæ obscurior & nobis minus  
nota est.